Quelle:
Copyright:

5.

Responsum facultatis theol: Vienn: de neutralitate servanda inter Concil: Basileen: & Eugenium IV.

308a – 311a

Responsum facultatis theologicæ Studii Viennensis de neutralitate inter Concilium generale Basileense, et Eugenium IV. servanda, requirenti Archiepiscopo Salisburgensi datum. Incipit: " Circa materiam unionis quam inierunt Reverendissimi patres et illustrissimi principes Sacri Romani Imperii Electores, ut dicitur una cum aliis principibus et prelatis occasione cujusdam neutralitatis servande pro bono pacis procurando inter sacrum concilium et dominum olym dictum Eugenium, nec non de vigore appellacionis eorundem ab utrisque partibus ad utrosque interposita (æ) ut ex consideracione talium diligenti fundatius responderi et consuli possit. Reverendissimo Archiepiscopo Saltzburgensi, qui super hoc pro bono et salute sibi subditorum tanquam vigilans pastor super gregem domini pastorali sue cure commissum provide et solerter consilium alme hujus universitatis requisivit, et aliis universe ecclesie filiis qui super tali dubius negotio quod omnes tangit homines nacionis germanice possit et debeat consuli, et responderi "&c: Ejusdem responsi meminit inter Codd: mss: Bibliothecæ Tyrnsteinensis Kraufsius Oesterreichische Bibliothek: pag: 186. An prelo jam submissum sit, ignoro.